Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Linea Cristi

Dauid sedus rex Israhel
Anno mundi 4084

Quarta Etas mundi incipit a principio Dauid: et durat usque ad transmigracionem babilonis / Et habet secundum hebreos annos 482 / Sed secundum septuaginta interpretes habet 485 annos / Primus Dauid primus regnauit de tribu Juda apud hebreos annis xl vij in Ebron super tribum Juda: et xxx iij super totum Israhel / Inchoat autem quarta Etas in Dauid / non quia primus regum / sed quia primus regum de tribu Juda / cui ei sunt facta expressa promissio de Christo nasciturum de tribu Juda / Gesta autem eius patent per totum secundum librum regum etc. Unde Dauid audita morte Saulis luxit cum suis et ieiunauit / et instituit carmine lugubre / quia rex Israhel primus ante eum et domus eius /

A̅ uit

David Propheta omnium princeps Isai de tribu Juda filius / primus hebreorum rex Anno a natiuitate Abrahe nongentesimo quadragesimo primo hebreis regnare cepit / Et regnauit (omnibus computatis) in Jherusalem et in Ebron annis 40 / Vir quidem ab infancia pulcherrimus extitit ac decora facie, ingenti fortitudine sed animo maiori / Cum prius Philisteum gigantem virum fortissimum quem ante regnum susceptum funda interemerat / et in certaminibus (suscepto imperio) que pro salute regni suscipiebat primus ad pericula semper properabat / Ipse regno adepto primum Jherosolimam obsidens tandem cepit: expulsis inde Chananeis et Jebuseis / Inde omnes palestinos et hostes omnes ex parte continuit / Tandem cum predicto tempore regnasset plenus dierum bonorumque operum obdormiuit in domino cum vixisset 70 annis / Sepelivitque eum Salomon filius eius in Jherusalem decenter

hi

filii Dauid in Ebron quatuor

6us Hietra | 5us Saphacias | 4us Adonias | 3us Absolon | 2us Cheliab | Primus Amon

Anno mundi 4164

Salomon

Salomon Dauid regis ex Bersabea filius / sedus hebreorum rex / adhuc viuente patre hebreis regnare cepit / et regnauit annis 40 / hunc natum pater confestim Nathan prophete viro doctissimo atque sanctissimo educandum nutriendumque dedit / Factus adolescens suas ob virtutes domino iubente reliquis suis fratribus abiectis Dauid in regnum prefertur / Is hostes debellans pacem undique obtinuit / deinde templum illud toto orbe celeberrimum extruxit / Tandem cum quinque et nonaginta annis vixisset valde longeuus mortuus est cunctis regibus felicitate excedens / Et sepultus est in Jherusalem

hi



Regina Saba audita fama Salomonis venit a finibus terre audire sapienciam eius / et de omnibus que interrogauit ei satisfecit: videns ordinem domus et familie: et audiens sapienciam eius multum laudauit eum Dederuntque alter alteri magna munera / Fecit que Salomon thronum eburneum ad quem sex gradibus ascendebatur Quare et omnes undique terrarum desiderabant videre eius faciem Et quia prophetissa fuit Sybilla dicebatur / que prophetauit de ligno sancte crucis et de excidio Judeorum et fuit circa ultimum annum Dauid regis

Saba